Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Ecaton philosophus stoicus natione egipcius pa-
necij discipulus fuit. Huius feruntur multa
egregieque dicta de quibus hic pauca excepta
sunt. Desines timere si sperare desieris. Queris
quid profecerim respondeo michi amicus fieri cepi
Si vis amari ama. Questio fuit ab ecatone
an beneficium dare possit dominus servo. Inducit quod
sunt beneficia quedam officia et quedam ministeria. Beneficium
est quod alienus dat. alienus dicitur est qui potuit sine
reprehensione cessare. Officium est filij uxoris et
earum personarum quas necessitudo suscitat et opem
ferre iubet. Ministerium est servi. que condicio
sua eo loco posuit ut nichil eorum que prestat im-
putet superiori
Marchus tullidius orator claruit tempore po-
mpei
Diodorus siculus grece scriptor hystorie
clarus habetur pompei
Ctrus plancus orator claruit rome tempore
pompei. hic in affrica in amissi exercitus
pudore mori maluit quam euadere
Scipio romanorum consul ab euentu victo-
rie affricane dictus affricanus. quia sua
probitate affricam deuicit. Multo tempore pa-
necij philosophi auditor fuit. De quo victoriarum ma-
gnarum mira et laudabiles actus leguntur in hys-
torijs romanorum. Sed quia philosophus et philosophi auditor
fuit quedam prudentissima eius dicta et acta com-
mendabilia hic inserenda sunt. Hic optimis moribus